

Postremæ disputationis è quarto libro Ethic. Aristotelis, theses Aphoristicae,

De Urbanitate & Verecundia,

Ad quas


ΣΥΝΘΕΩ,

PRAESIDE CLARISSIMO AC DOCTISSIMO VI-

ro, Dn. M. Rodolpho Goclenio, Philosopho celeberrimo, ac Physiologia in inclyta Cattorum Academia Professore ordinario, pro ingenij sui viribus publicè in Collegio Philosophorum respondere conabitur

OSSE

GEORGIUS DREUDIUS OSSEN-
heimensis Solmeius.



Marpurgi, typis Pauli Egenolphi. 1589.

ILLVSTRI ET GENEROSO

Domino:

D. IOANNI GEORGIO, COMITI à SOLMS,
DN. IN. MINTZENBURG. ET
SONNENVALT.


DOMINO SVO CLEMENTISSIMO:

Reverendo, ac insigni pietate & eruditione viro, Dn. FRANCISCO ARTOPPEO, Ecclesie Christi apud Pffraumheimios ministro vigilantissimo, Præceptoriq; suo quondam observandissimo:

Et Reverendo, singulariq; doctrina & pietate viro, Domino JOANNI ERBIO, Ecclesie Affenheimensiq; fidelissimo:
Nec non doctrina & eruditione pollenti Domino M. HENRICO EMMELIO, Affenheimiæ ludimoderatori meritissimo:

Has suas theses Philosophicas omnibus & singulis modò dictis: singularis benevolentie & studij ergò dedicat atq; offert Respondens

Georgius Drendius Offenheimensis
Solmensis.



THESES ETHICAE

De Comitate et Verecundia:

Ex libro IV. Ἡσίων Νικομαχείων
desumptæ.



Ltima ὁμιλητικῶν ἀρετῶν est, quæ mediocritatem servat in ludo & ioco.

2. Hac virtute præditus appellari potest εὐτραπέλοϛ, vel ἐπιξέλοϛ.

3. Sed εὐτραπέλιας nomen sumi potest

propriè vel impropriè.

4. Propriè pro medio habitu, qui, cum ex morum motu, cuiusmodi sales & ioci esse videntur, cognoscatur, non malè εὐτραπέλια quasi εὐτροπία dictus.

5. Impropriè verò pro vitio in excessu, id est scurrilitate, quod omnes ferè iocis, plus quam par sit, delectentur (Hoc sensu εὐτραπέλια rectè damnatur ab Apostolo).

6. Ἐπιξέλοϛ dicitur, qui dextrè iocos & sales audire & interpretari potest.

7. Hominis igitur vrbanus & facetus est, tum dicere eos iocos, quos oportet, hoc est, qui se vt ingenuum & bonum hominè decent: & quibus conuictor non offendatur, sed oblectetur potius: id quod consequi poteris maximè, si à scōmatis abstinueris. Est, n. scōma species quædam conuicti, quod etiam legibus est prohibitū: tum audire & ferre iocos honestos atq; liberales: ac vtrobq; decorum in aliis etiam circūstantiis observare.

8. Urbanus igitur ipse sibi quodam modo lex erit.

9. Extremum vrbانيتatis in excessu est scurriliras.

10. Scur-

10. Scurra enim græcè *καμολόχος* & *φορτικός* id vnicè affectat, vt risum moueat, nulla vel honestatis vel iucunditatis eius, in quem dicit vel agit, habita ratione: ab alio verò audit scommata nimis patienter, & præterquã honestas ipsa patiatur.

11. Vitium in defectu dicitur *ἀγρομία* rusticitas.

12. Rusticus seu agrestis est, qui nec ipse dicere iucundè lepidèq; nec alios audire potest, græcè *ἀγροί* & *ἀγροί*.

13. Hic ad quotidianam conversationem planè inutilis & ineptus est.

14. Rusticitas igitur cum medio magis pugnat quã scurrilitas.

15. Cùm & *αἰδώς*, id est pudor ad habitum referatur, & vulgò virtus & virtutis comes indiuiduus esse videatur, de eo deinceps cum Aristotele quoq; differemus.

16. Pudor est *φόβος ἀδοξίας*, id est, metus quidam infamiae.

17. Hic cum quadam corporis mutatione & vultus rubore oboritur.

18. Affectio igitur & quidem corporea est pudor, non habitus: Non igitur virtus.

19. Sed de pudore quæstio, laudè an vituperio dignus sit?

20. Respondetur primùm, laudibilis est pudor in ætate iuuenili: Reuocat enim eam à malis, & indicat ingenii natiuam propensionem ad virtutem: Quare ingenius dicitur.

21. Vituperandus verò in adulta & senili ætate: adulti enim & senes nihil agent propter quod pudore suffundi sit necesse.

22. Dein-

22. Deinde potius vituperio, quàm laudè dignus est, quia vitiorum non virtutis comes est.

23. Bonum itaq; virum pudor non decet, nec in eum cadit, siue præcedat actiones, siue sequatur.

24. Nam vir bonus nihil turpe agit, siquidem perfectio virtutis habitu præditus est.

25. Ex *ὑπόθεσι* tamen seu conditione pudor præcedens spontaneum peccatum, cadit in virum bonum: puta, si quid turpe admitteret, pudore sine dubio afficeretur.

26. Versatur pudor inter *δυσωπία*, id est, immodicum pudorem, & *ἀναίδειαν*, id est, impudentiam.

27. Si hæc mala est, sequitur certè, pudore suffundi bonum: obijciat aliquis.

28. Consequentia non valet propter modò dictam *ὑπόθεσιν*: Si enim propter solam peccandi cupiditatem, nec *ἐγκράτεια*, id est, continentia, virtus, nec *ἐγκρατής*, id est, continens, vir bonus dicitur: multò minus pudor virtus dicitur: aut pudore confusus vir bonus: cùm in eo cupiditas in actum eruperit: & peccatū iam verè admissum sit.



Corollaria.

1. Pudor si consideretur per se quatenus à natura nobis est datus, nec laudè, nec vituperationem meretur.

2. Pudor ad tertiam speciem qualitatis refertur.

3. Impudentes viri ab Homero *κυνόπτες*, mulieres verò *κυνόπιδες* appellantur, à canino aspectu.

4. Impudentiæ adiuncta importunitas, *κυνομή* est à canis & muscæ ingenio.

Physica.

Physica.

5. Musca enim nihil importunius: cane nihil impudentius.
6. Cùm primi nostri parentes nudi essent, cur tamen non puduerit ipsos, quæstio est.
7. Respondetur id ex eo factum esse, quòd rerum bonarum & honestarum non debet pudere quenquam. Nam pudoris causa est res pudenda, id est malum seu vitium & labes; At illò tempore nulla labes, nullum malum, nullius mali conscientia, aut species in primis nostris parentibus erat. Ergò non puduit eos naturalis constitutionis istius.
8. Rectè Aristoteles, natura nihil agit frustra; atq; idem non minus rectè, natura aliquando errat circa finem, quod monstra naturæ seu *σφάλματα* demonstrant.
9. An quidam sit concentus musicus ex motione orbium cœlestium resultrans. N.

Disputabuntur in Collegio philosophico hora solita 15. Calendarum Nouembris.

